



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

VI. De fratribus vel cognatis in vna fornicantibus. Ll. Sax. cap. 4.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

vel fornicetur, emendet sicut factum erit sic vveram, sic vvitam, sic lashlite, & erga Deum saltem emendet iuxta sanctorum Canonum doctrinam, & plegium faciat inde, vel mittatur in carcerem.

IV.

Et si presbyter populum suum misdoceat de festo vel ieiunio, reddat 30. solidos cum Anglis, & cum Dacis 3. dimidias marcas.

V.

Si presbyter ad rectum terminum sanctum chrisma non perquirat, vel baptismum perneget ei cui necesse sit, reddat vvitam cum Anglis, & cum Dacis lashlite, id est 12. oras. Et de sublegereis sapientes instituerunt, vt rex habeat superiorem, & episcopus inferiorem, nisi dignius emendetur pro Deo & pro saeculo iuxta modum facti, sicut episcopus docebit.

VI.

Si duo fratres vel duo cognati cum vna aliqua fornicentur, emendent in omni mansuetudine, sicut eis permittetur; sit vvita, sit lashlite, secundum modum facti.

VII.

† Hoc non
repetitur
in Saxo-
nico, aut
in foedere
Edvardi
apud Lamb.

† Et si ordinatus homo se forisfaciat, in morte plectendis actibus exsuperetur, & episcopi iudicio referuetur.

VIII.

Et si quis reus mortis profiteri desideret sacerdoti, nunquam negetur ei, & omnes rectitudines Dei pacificentur sedulo per Dei misericordiam, & per vvitam quam sapientes addicent.

IX.

† id est, nu-
mum Ro-
manum,
vel dena-
rium sancti
Petri.

Et si quis decimam contra teneat, reddat lashlite cum Dacis, vvitam cum Anglis. Si quis † Romfeih superteneat, reddat lashlite cum Dacis, vvitam cum Anglis. Si quis non reddat symbolum luminis, reddat lashlite cum Dacis, vvitam cum Anglis. Si quis Dei rectitudines aliquas disforciet, reddat lashlite cum Dacis, vvitam cum Anglis. Si contra stet vt hominem vulneret, de vvita componat. Si aliquem deiiciat in mortem, sit vvlaga vt exlex, & persequatur eum cum clamore omnis qui rectum